Jnk
A
5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-142352586-19

Offenbar Drucker nicht Fyner / Esslingen, sondern Mantz / Blaubeuren.
Vgl. BA I B 10132 – II S. 564 – ; Günther 435.
Fyner hat kleinere Type M 13.
Vgl. S. f. Typenkunde Taf 708 gegen Taf 470.

fr

Ink. A5

UNIV. U. LANDESBIBLIOTHEK HALLE (SAALE)

Hain Rep. 14620

**¶ Perpulcrũ atqȝ ꝯpendioſum ſcriptum venerabilis ma=
giſtri Senece de quatuor virtutibus Cardinalibus Feli=
citer Incipit.**

QVatuor virtutum ſpẽs multorum ſapiencium
ſentencys diffinite ſunt quibus humanus ani
mus comptus. ad honeſtatem vite poſſit ac=
cedere. Harum prima eſt prudencia. ſecunda
magnanimitas. tercia continencia. quarta
iuſticia. Singule igitur hys q̄ ſubter annexe ſunt. honeſtũ
ac bene morigeratũ virũ efficiũt. Quiſquis ergo pruden
ciam ſequi deſideras. tunc per racionem recte viuas. ſi om
nia prius preeſtimes et perpenſes. Et dignitatem rebus
non ex opinione multorum ſed ex earum natura conſtitu
as. Nam ſcire debes. quia ſunt quedam que non videantur
bona eſſe. ⁊ ſunt ⁊ que videantur bona et non ſunt. Que=
cũqȝ autem ex rebus tranſitorys poſſides non mireris.
nec magnum eſtimes quod caducum eſt. nec apud te que
habes tanq̃ȝ aliena ſeruabis. ſed pro te tanq̃ȝ tua. et diſpẽ
ſes. et vtaris. Si prudenciã amplecteris. vbiqȝ idem eris.
et prout rerum ac temporum varietas exigit. ita te ac=
modes tempori. ne te in aliquibus mutes. ſed pocius ap=
tes ſicut manus que eadem eſt. ⁊ cum inpalmam extendit̃
et cum in pugnum aſtringitur Prudentis proprium eſt ex
aminare conſilia multorum. et non cito facili credulita=
te ad falſa prolabi De dubys non diffinias. ſed ſuſpenſaȝ
tene ſentenciam. Nihil inexpertum affirmes quia nõ õme
quod veriſimile eſt ſtatim et verum eſt. ſicut ⁊ ſepius quod
primum incredibile videtur. non continuo falſum eſt.

C Crebro ſiquidem faciem mendacÿ· veritas retinet· cre
bro mendacium ſpecie veritatis occultatur · Nam ſicut
aliquociens triſtem frontem amicus· et blandā adulator
oſtendit· ſic veriſimile falſitas coloratur· et vt fallat vel
ſurripiat conatur· Si prudens eſſe cupis in futurum ſuſpe
ctum intende· ⁊ que poſſunt contingere animo tuo· cūcta
ꝓpone Nichil tibi ſubitum ſit· ſed totum ante proſpicies
Nam qui prudens eſt· Non dicit non putaui hoc fieri quia
non dubitat ſed expectat· nec ſuſpicatur· ſed cauet Cuiuſ=
cumqꝫ facti cauſam require cum inicia inueneris · exitus
cogitabis Scito te in quibuſdam perſeuerare debere quia
cepiſti quedam vero nec incipe in quibus perſeuerare ſit
noxium Prudens fallere non vult· falli non poterit Opi
niones tue iudicia ſint Cogitaciones vagas ⁊ velut ſom
nio ſimiles· mente non recipies· quibus ſi animum tuum
oblectaueris· diſponendo in habendo ardua vt eſſe diues
fabricare domos et huiuſmodi· cur omnia diſpoſueris cū
nihil conſequi poſſis eorum que cogitaſti triſtis remane
bis Cogitacio tua ſtabilis et certa ſit ſiue deliberet· ſiue
querat ſiue contempletur· nō recedat a vero Sermo quo
qꝫ tuus non ſit inanis ſed aut ſuadeat aut moneat aut cō=
templetur aut percipiat Lauda parce vitupera parcius
Nam ſimiliter reprehenſibilis eſt nimia laudacio q̃ꝫ im=
moderata vituperacio Illa ſiquidem adulacione iſta ma=
lignitate ſuſpecta ē Teſtimonium veritati non amicicie
reddas Cum conſideracione promitte plenius q̃ꝫ promi=
ſeras preſta Si prudens ē animus tuus tribus tempori=
bus diſpenſetur Preſencia ordina futura prouide preteri=
ta recordare Nam qui nihil de preterito cogitat obliuio
ſus et fatuus appellat̃ et vitam perdit · qui vero de pn̄ti

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-142352586-19

vitam perdit. Qui nihil de futuro premeditatur. in om-
nia incautus incedit. Pro pone animo tuo mala futura
et bona. vt illa ſuſtinere poſſis. iſta moderari Nō ſemper
in actu ſis. ſed interdum animo tuo requiem dato. et re-
quies ipſa plena ſit ſapiencie. ſtudys et cogitacionibus
bonis Nam prudens numq̄ꝫ ocio marcet. animum aliquā-
do remiſſum habet nūq̄ꝫ ſolutum Accelerat tarda. per
plexa expedit. dura mollit. ardua exequat Scit enim quid
qua via aggredi debeat. et cito ſingula cognoſcit. et di-
ſtricte videt conſilia impiorū. et ex apertis obſcura exiſti
mat. ex paruulis magna. ex proximis remota. ex ꝑtibus
tota induatur. Non te moueat auctoritas dicentis nec
quis. ſed quid dicat. intendito. nec q̄ꝫ multis. ſed cuilibet
placeas cogita. Id quere quod poteſt inueniri. Id diſce
quod poteſt ſciri. Id opta quod optari coram bono p̄t.
Ne alciori rei imponas. in qua ſtanti tibi tremendum. et
deſcendenti cadendū ſit Nunc conſilia tibi ſalutaria aduo-
ca. cum tibi alludit huius vite proſperitas. tunc ne velut
in lubrico retinebis ac ſiſtes. nec tibi dabis impetus liber
os. ſed circumſpicies quo eundem vel quouſqꝫ.

Secunda virtus cardinalis

MAgnanimitas que et fortitudo dicitur. ſi in-
ſit animo tuo cum fiducia magna. viues liber
intrepidꝰ. alacer Magnum humani animi bo
num eſt. non tremere. ſed conſtare ſibi. et finē
huius vite intrepidus expectare Si magnanimus fueris
numq̄ꝫ iudicabis tibi contumeliam fieri. De ĩimico dices

a3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-142352586-19

Non nocuit mihi·ſed animum nocendi habuit et cum illū in poteſtate tua videris·vindictam putabis vindicare potuiſſe· Scito enim honeſtum et maius vindicte eſſe genꝰ ignoſcere· Neminem ſuſurro appetas·neminem ſuffodias palam egredere· non geres conflictum· niſi indixeris· Nam fraudes et dolos imbecillum decent·Eris magnanimus·ſi pericula nec appetas vt temerarius· nec formides vt timidus· Nam timidum non facit animum· niſi reprehenſibilis vita et conſciencia mala·

Tercia virtus cardinalis·

Continenciam vero ſi diligis circumſcide ſuperflua·ꝛ iniartum tua deſideria conſtringe·Conſidera tecum quantm natura poſcat·nō quantum cupiditas expetat· Si continens fueris· vſqȝ eo peruenerís vt teipſo contentus ſis Nam qui ſibi ipſi ſatis ē·cū diuicijs natꝰ eſt Impone ɔcupīe tue frenū· oīaqȝ blandim̄ta q̄ occulta voluptate aīm trahūt·reice·

Ede circa cruditatem·cum ſobrietate bibe citra ebrieta=
tem·Obſerua ne in conuiuio nec in qualibet vite conmu=
nitate quos imitaberis·dampnare videaris Nec preſen=
tibus delicijs inherebis nec deſiderabis abſentes Victus
tibi et facili ſit·nec ad voluptatem·ſed ad cibum accede·
Palatum tuum fames excitet nō ſapores Deſideria tua
ꝑuo redimes quia hoc tantum curare debes· vt deſinant
atqȝ ita qnaſi ad exemplar diuinū compoſitus·a corpore
ſenſibili·ad diuina· que ꝓprie ſunt intellectus obiecta ad
ſpiritum quantum potes feſtina te ad ducere ·ſi continen
cie ſtudes habita non amene ſed ſalubriter nec dominum
notum·velis eſſe a domo·ſed domum a domino Non tibi
affingas quod non eris · nec quod eſt maius q̃ȝ es videri
velis Hoc magis obſerua·ne qua paupertas tibi immun
da ſit· nec parſimonia ſordida· nec ſimplicitas neglecta·
nec lenitas languida et ſi res tibi ſint exigue·tamen ani
mo tuo nō ſint anguſtie·nec tua defleas·nec a linea mir
eris Si continēciā diligis turpia fugito·anteq̃ȝ accedāt
nec quenq̃ȝ alium vereberis plus q̃ȝ te·omnia tollerabi=
lia crede preter turpitudinem· A verbis quoqȝ turpibus
abſtineto·quia licencia eorum impudenciam nutrit· Ser=
mones vtiles magiſq̃ȝ facetos et affabiles·ama· rectos
pocius q̃ȝ obſecundantes Miſcebis interdum ſerijs iocos
ſed temꝑatos ⁊ ſine detrimento degēeracionis ac verecū
die Nam reprehenſibilis riſus eſt·ſi immodicus·ſi puerili=
ter effuſus·ſi muliebriter fractus·Odibilem quoqȝ hoīeȝ
facit riſus aut ſuperbus et clarus·aut ex maliuolencia ꝓ
cedens·clam·ſemifactus furtiuus ⁊ malignus·aut alienis
malis euocatus · Si ergo tempus iocos exigit·hos quo
qȝ cum dignitate ſapiencie gere·

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-142352586-19

vt te nec grauet quiſq̃ȝ· tanq̃ȝ aſperū· nec ɔtemnat tanq̃ȝ
vilē Nō ſit tibi ſcurilitas· ſȝ grata vrbanitas Sales tui ſine
dente ſint ioci ſine vilitate· riſus ſine cachinno· Vox ſine
clamore· inceſſus ſine tumultu· quies tibi non deſidia erit
Et cum ab alys luditur· tu ſancti aliquid honeſtiqȝ tract
aueris Si continens es adulaciones euita ſitqȝ tibi tam
triſte laudari a turpibus q̃ȝ ſi lauderis ob turpia · letior
eſto quociens diſplices malis· et malorum de te exiſtima=
ciones malas· veram tui laudacionem aſcribe Difficilli=
mum continencie opus eſt aſſentaciones adulancium re=
pellere · quorum ſermones · animum quadam voluptate
reſoluunt Nullius ꝑ oſtentacionem amiciciam merearis
nec ad tuam graciam ꝓmerendam per hanc ad te alys
aditum pandas Non eris audax· non arrogans· nec perti
nax ſubmittes te· non proicies grauitate ſeruata Amo=
neberis libenter· reprehendas ſapienter Si merito te ob
iurgabit aliquis ſcito qꝛ profuit · ſi immerito· ſcito quia
prodeſſe voluit Non acerba ſed blanda verba timebis
Eſto viciorum tuorum fugax ipſe· aliorum vero neqȝ cu=
rioſus ſcrutator neqȝ acerbus reprehenſor ſed ſine expro=
bacione corrector ita vt ammonicionem hylaritate pre
uenias et errori facile veniam dato Nec extollas quen=
quam nec deicias Dicencium eſto tacitus auditor audi=
encium promptus receptor Requirenti facile rrſponde ɔ
tendenti facile cede· ne in iurgia execracioneſqȝ deffendas
ſeu cōmoueas Si continens es· et animi tui et corporis
motus obſerua ne indecori ſint nec ideo illos contemnas
quia latent Nam nichil differt ſi nemo videat cum ipſe il
los Mobilis eſto non leuis conſtans non pertinax ·
Alicuius rei ſcienciam te habere nec ignotum ſit·

nec moleſtum. omnes tibi pares facies. inferiores ſuperbiendo non contempnas. ſupiores recte viuendo nō timeas In reddenda officioſitate neqȝ negligens. neqȝ acerbus exactor appareas. Cunctis eſto benignus. nemini blandus. paucis familiaris omnibus equus. Seuerior eſto iudicio q̄ȝ ſermone. vita q̄ȝ vultu. clemencie cultor. ſeuicie deteſtator. fame bone neqȝ tue ſeminator. neqȝ aliene īuidus Rumoribus. criminibus. ſuſpicionibus. minime credulus. ſed pocius maligni. qui per ſpeciem ſimplicitatis ad nocendum aliquibus ſubrepunt. oppoſitiſſimus. Ad iram tardus. ad miſericordiam promptus. in aduerſis firmus. in proſperis cautus. et humilis. occultator virtutum. ſic alij viciorum. vane glorie contemptor. et bonorum quibus preditus es non acerbus exactor. Nullius imprudenciam deſpicies. Raris ſermonibus ipſe ſis inter loquaces. ſed loquencium tacitus auditor. paciens ſeuerus. ac ſerius. ſed hylares non aſpernas. ſapiencie cupidus et docilis Que noſti ſine arrogancia poſtulanti imparcies. q̄ neſcis ſine occultacione ignorācie tibi poſtula impertiri.

Quarta virtus cardinalis

IVſticia poſt hec virtus eſt. Quid eſt autem iuſticia niſi nature tacita conuencio in adiutorium multorum adinuenta. Et quid eſt iuſticia niſi noſtri animi conſtitucio ſeu diuina lex. et vinculum ſocietatis humane. In hac non eſt quod eſtimemus. quid expediat. expediet autem quicquit illa dictauerit. Quiſquis ergo hanc ſectari deſideras. time prius et ama deum. vt ameris a deo.

Amabis enim deum· ſi illum in hoc imitaberis· vt velis
omnibus prodeſſe· nocere nulli· Et tunc te iuſtum virum
appellabunt omnes· ſequentur verbum tuum et venera=
buntur· et diligent Juſtus enim vt ſis non nocebis ſolū=
modo ſed eciam nocentes prohibebis Nam nichil nocere
non eſt iuſticia· ſed abſtinencia a malo· ſiue alieni eſt Ab
hys ergo incipe vt non auferas· et vſqꝫ ad maiora pro
ueharis vt eciam ab alys ablata· reſtituas· raptoreſqꝫ
ipſos ne alys timendi ſint caſtiga· et cohibe Et nulla vo=
cis ambiguitate controuerſiam nectas· ſed qualitatem
animi ſpeculare Nichil tibi interſit an firmes· an neges·
De religione ⁊ fide ſcias agi· vbiqꝫ de veritate tractatur
Nam et ſi iureiurendo deus inuocetur· eciam non inuocā=
ti teſtis eſt tamen non tranſiens veritatē nec iuſticie trā=
ſeas legem· Quid ſi aliquando coartaris vti mendacio·
vtere non ad falſi ſed ad veri cuſtodiam Et ſi contigerit
veritatem mendacio redimi· non mentieris ſed pocius ex
cuſabis· quia ibi honeſta cauſa eſt Juſtus ſecreta non ꝓ=
dit tacenda enim tacet· loquenda loquetur· atqꝫ ita apta
illi pax eſt et ſecura tranquilitas vt dum ille a malis vin=
citur· ab illo eciam mala vincuntur Hec ergo ſi ſtudere
curaueris· letus et intrepidus· curſus tui finem expectās
proſpicies· triſticiam huius mūdi hylaris deſpicies· tumul
tuoſa quietus expectabis· extrema ſecurius preparabis
Hys ergo inſtitucionibus hee quatuor virtutum ſpe=
cies· perfectum te facient virum ſi menſuram rectitudīs
earum equo viuende fine ſeruaueris Nam prudencia ſi
terminos ſuos excedat· callidus et pauendi acuminis eris
inueſtigator latencium et ſcrutator qualiumcumqꝫ nota=
rum oſtenderis·

Notaberis minutus ſuſpicioſus·attentus·ſemꝑ aliquod ꝯ-
uincens· et qui ſubtiliſſimas ſuſpicões tuas ad rep̄henſi=
onem alicuius impigos admiſſi Monſtraberis digito a=
ſtucia plenus·verſipellis·et ſimplicitatis inimicus·conmē
tatorqꝫ culparum·et poſtremo vno nomine a cunctis ma
lus homo vocaberis In has ergo maculas prudencia im
menſurata perducet·Quicunqꝫ vero in illa mediocri lā
ce perſiſtit·nec obtuſum in ſe aliqꝫ habeat·nec verſutum·
¶ Magnanimitas autem ſi ſe extra modum ſuum extol=
lat·faciet virum mendacem·inflatum·turbidum·īquietū
et in quaſcumqꝫ excellencias dictorum atqꝫ factorum neg
lecta honeſtate feſtinum·que momentis omnibꝰ ſuꝑcilia
ſubrigens·vt beſtibrius eciam quieta excitat·alium ferit
alium fugat· Sed q̄zuis audax ſit impugnator tamē mul
ta extra ſe valencia ferre nō poterit· ſed aut miſerum ap
petit finem·aut erumnoſam ſui memoriam derelinquit·
Menſura magnanimitatis eſt· nec timidum eſſe hominē
nec audacem·Continencia deinde hys terminis te aſtrin=
gat· Caue ne parcus ſis·ne ſuſpicio ſe et timide manum
contrahas·ne in minimis expenſis· ſi ut vnius denary vl
duorum vel huiuſmodi qꝫ ſpeculum ponas nam talis et
tam circumciſa pudebit integritas·Hac ergo mediocri=
tatis linea continenciam obſeruabis· vt nec voluptati de
ditus·prodigus·nec luxurioſus ·appareas·nec auara te
nacitate ſordidus aut obſcurus exiſtas· Juſticia poſtre
mo eo mediocritatis tenore tibi regenda e·ne ductu iu=
giter leni·immotam ſemper animi racionem· negligēcia
ſubſequatur·dum neqꝫ de magnis·neqꝫ de minimis erran=
cium vicys corrigendis curam geris· ſi neqꝫ licenciam
peccandi·aut alludentibus tibi blande· aut illudentibus

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-142352586-19

ꝓterue permittes· nec rurſum nimie rigiditatis aſperita
te nihil uenie aut benignitatis reſeruans· humane ſocie=
tati dirus appareas· Ita ergo amabilis iuſticie regula
tenenda eſt vt reuerencia diſcipline eius· neqꝫ nimia neg
ligencie ꝯmunitate deſpecta· vileſcat· neqꝫ ſeueriori atro=
citate durata· graciam humane amabilitatis āmittat·
¶ Si quis ergo vitam ſuam ad vtilitatez non tantum ꝓ
priam· ſed multorū ī culpabiliter· aſciſci deſiderat· hanc p̄
dictarum virtutum formulam· proqualitatibus temporū
locorum· perſonarum· atqꝫ cauſarum eo medietatis trami
te teneat· vt velut in quodam meditullio ſumitatis aſſi=
ſtens· quaſi per abrupta altrinſecus p̄cipicia aut ruentem
mente compos· ipſe deuitet in ſaniam aut deficientē con
tempnat ignauiam.

¶ Finis ſenece.

[Jg I Bl 197]

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-142352586-19

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-142352586-19

Ink. A5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-142352586-19

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-142352586-19

Perpulcrū atqꝫ ↄpendioſum ſcriptum venerabilis ma=
giſtri Senece de quatuor virtutibus Cardinalibus Feli=
citer Incipit.

QVatuor virtutum ſpēs multorum ſapiencium
ſentencys diffinite ſunt quibus humanus ani
mus comptus. ad honeſtatem vite poſſit ac=
cedere. Harum prima eſt prudencia. ſecunda
magnanimitas. tercia continencia. quarta
iuſticia. Singule igitur hys q̄ ſubter annexe ſunt. honeſtū
ac bene morigeratū virū efficiūt. Quiſquis ergo pruden
ciam ſequi deſideras. tunc per racionem recte viuas. ſi om
nia prius preeſtimes et perpenſes. Et dignitatem rebus
non ex opinione multorum ſed ex earum natura conſtitu
as. Nam ſcire debes. quia ſunt quedam que non videantur
bona eſſe. ⁊ ſunt ⁊ que videantur bona et non ſunt. Que=
cūqꝫ autem ex rebus tranſitorys poſſides non mireris.
nec magnum eſtimes quod caducum eſt. nec apud te que
habes tanq̄ꝫ aliena ſeruabis. ſed pro te tanq̄ꝫ tua. et diſpē
ſes. et vtaris. Si prudenciā amplecteris. vbiqꝫ idem eris.
et prout rerum ac temporum varietas exigit. ita te ac=
modes tempori. ne te in aliquibus mutes. ſed pocius ap=
tes ſicut manus que eadem eſt. ⁊ cum inpalmam extendit̄
et cum in pugnum aſtringitur Prudentis proprium eſt ex
aminare conſilia multorum. et non cito facili credulita=
te ad falſa prolabi De dubys non diffinias. ſed ſuſpenſaꝫ
tene ſentenciam. Nihil inexpertum affirmes quia nō om̄e
quod veriſimile eſt ſtatim et verum eſt. ſicut ⁊ ſepius quod
primum incredibile videtur. non continuo falſum eſt.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-142352586-19